

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Studium e  
cum fonte primo

Idcirco  
et desidiosus ingenium sepe accipit ut  
de negligencia iustius puniatur quia  
quod sine labore assequi potuit, scire  
contempnit. Et ideo non nunquam  
studiosus tarditate  
intelligentis premitur ut eo maiora  
praemia retributionis inueniat,  
quo magis in studio inuentionis  
elaborat. Nichil ergo est in terra sine  
causa quando et studioso tarditas ad  
praemium proficit et desidioso uelocitas  
ad supplicium crescit.

Gregorius libro VI. moralium.

Idcirco enim  
saepe et desidiosus ingenium accipit, ut  
de negligencia iustius puniatur, quia  
quod sine labore assequi potuit, scire  
contempnit. Et idcirco nonnumquam  
studiosus tarditate  
intellegentiae premitur, ut eo maiora  
praemia retributionis inueniat,  
quo maius in studio inuentionis  
elaborat. Nichil ergo est in terra sine  
causa quando et studioso tarditas ad  
praemium proficit et desidioso uelocitas  
ad supplicium crescit.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 6, 11  
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.293, ll.1-  
8).